

diocesis Alatrine, cum omnibus iuribus ad ipsum // canonicatum spectantibus, de speciali gratia contulit et conce[ssit] / et de ipso providit eidem et ipsum de illo per suum anul[um in] / plenitudinem iuris canonici sollempniter investivit, presente et consentiente / domino .. priore dicte ecclesie, mandans eidem priori presenti vo[lenti et accept[an]ti, ut, ipsum recipiens in canonicum et in fratrem, / locum et stallum in choro et^{a)}) mensa ei assignet in dicta ecclesia, et / in corporalem possessionem eiusdem canonicatus beneficii et / prebende inducat eundem et defendat inductum, et quod a / canonicis dicte ecclesie ipsum recipi faciat in canonicum et in / fratrem. Qui quidem prior, in presentia dicti domini episcopi consti[tutus]^{b)}), prefatum .. per pacis osculum recepit in canonicum et in / fratrem in ecclesia supradicta. /

52.

Protokoll. Der Prior einer Kirche hat einen vom Bischof providierten Kanoniker mit seiner Pfründe investiert.

Hs. fol. 9r.

Dominus .., prior .. ecclesie, presente et consentiente domino .. et .. canonicis dicte / ecclesie, induxit .., natum quondam .., canonicum dicte ecclesie, in corporalem / possessionem ipsius canonicatus, locum ei in choro et mensa / sollempniter assignando, et per pannos altaris investivit eundem. / Et ad hec dictus dominus .., provisionem et collationem eidem .. / factam per dictum dominum episcopum gratanter acceptans, eundem / per pacis osculum recepit in canonicum et in fratrem in ecclesia supradicta. /

53.

Jemand erbittet eine Pründe für einen Verwandten.

Hs. fol. 9r.

Innotuit michi nuper quod vos H., natum / quondam domini Iohannis de T., fratrem dilecti et carissimi magistri^{c)}) F., nati^{d)}) eiusdem domini I., in canonicum et in fratrem in dicta vestra ecclesia / recepistis. Asserit enim idem magister F. se et fratres eius / esse vobis parentela coniunctos

a) *fehlt Hs.*

b) *constitutum Hs.*

c) *magnifici Hs.*

d) *noti Hs.*